Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.

Wien, 1800

Quelle:
Copyright:

li vel boni, illo *mali culpe, mali pene et mali temporis* &c. omnes has Diſtinctiones e Textibus biblicis eruendo. In C. XLI. abrumpitur, et ex adjecto Indice adparet, vix Operis dimidium hoc Codice contineri. Autor ejus non proditur.

DIV.

U. 449 Codex membraneus lat. Sec. XIV. ineuntis Folior. 177. f. per duas columnas minute perſcriptus, emtus, ut Theca anterior teſtatum facit, a. 1432. et cum XVII. aliis donatus *ad Librariam Collegij Ducalis* a M. *Andrea de Weyttra* eſt alterum ſupra dicti *Commentarii* Exemplar, et quidem plenius; orditur enim, ut in Editis: *Deus autem qui diues eſt in miſericordia propter nimiam caritatem ſuam* &c. et ad calcem addit: *Explicit liber tercius fratris bonauenture ſuper ſentencijs. Omnis laus in fine canitur.*

II. *fol.* 118. ſequitur ἀνεπιγράφως Ejusdem *Commentarius in Librum IV. Sententiarum.* Initium eſt: *Unguentarius faciet pigmenta ſuauitatis* &c. Ut Edit. *Lugdun.* ſuprac. T. V. Siſtit tamen in *Diſtinctione* XXII. unde paullo recentiore calamo adjectum: *Sequitur diſtinctio 23ª que incipit Preter premiſſa eſt etiam aliud ſacramentum* &c.

DV.

U. 448 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 421. f. per duas columnas nitide exaratus et rubro diſtinctus aliud eſt Exemplar Ejusdem *in Librum IV. Sententiarum* absque omni inſcriptione incipiens: *Unguentarius faciet* &c. ut ſuperius, ſed integrum. Ad calcem legas: *Explicit quartus bone uenture. Deo gratias. Anno domini &c.* (14)42. *Jar.*

Adſcriptus eſt Sermo in illud *Marc.* ult. *Ecce locus vbi poſuerunt eum*, qui incipit: *Verbum eſt angeli admonentis ſanctas mulieres que uenerunt ad ſepulcrum* &c. et urget, ut earum exemplo *dominum ploremus vngamus et cum eo ſepeliamur*, verum poſteriore parte ſitu corruptus eſt.

DVI.

Codex membraneus lat. Sec. U. 414
XIV. Folior. 160. f. per duas columnas charactere difficili, ut ſunt fere omnes Libri ſcholaſtici hujus aevi, ob nimia vocum compendia perſcriptus, et rubricis diſtinctus hanc Notam praefert: *Hec ſunt queſtiones ſuper tercium librum ſententiarum bonauenture empte a Domino Vlrico de hoſpitali ad librariam Collegij Ducalis Wyenne pro 12 ſolidis et 20 denarijs ſolutis de pecunia Erhardi Bedelli cuius anima requieſcat in pace Chriſti.* Expoſitio porro Doctoris *Seraphici* ſic init: *Deus autem qui diues eſt in miſericordia propter nimiam caritatem ſuam* &c. ut Edit. *Lugd.* 1668. *Opp.* T. V. p. 1. Sed abeſt a Codice poſt *Prooemium* Textus *Lombardi*; a verbis enim: *et imitatores*

cre-